

nicht aus der Hand legen, ohne zu gestehen, viel Neues gelesen und den Impuls zu weiterer Umschau auf einem Gebiete empfangen zu haben, über welches man vielleicht bisher die irrigen Anschauungen Anderer theilte. Eine Romanlectüre bietet das Buch nicht und kann daher auch nicht in einem Zuge genossen werden; wer jeweilig nur einen Vortrag liest, wird am Besten thun und wirklichen Nutzen erzielen. Dass der Verfasser in seinen Excursen über religiöse und kirchliche Einrichtungen und das Verhältniss des Volksglaubens zu denselben auch die Schattenseiten der Geistlichkeit aufdeckt, ist bei seinem Streben nach Unparteilichkeit erklärlich, und dass er gelegentlich »ein widerwärtiges Bild« aus ihren Kreisen einflicht, kommt vielleicht nicht ganz auf sein Kerbholz; dagegen hätte er den Werth seiner Schrift wahrhaftig nicht vermindert, wenn er Ausfälle, wie jenen gegen die »fabelhaften« eilftausend Jungfrauen, welche die Kirche als Heilige ehre, während sie den von den Russen ausgeplünderten und ertränkten Buchdrucker Bartholomaeus Ghotan bisher nicht canonisirte, unterlassen hätte (S. 189). Auch manche Ausdrücke kann man nicht gutheissen, z. B. jenen, dass »der Bischof Berno mit dem Wendengotte (Goderac eine Volte schlug«. Wie »die Kirchenspaltung sich friedlich und ruhig hätte vollziehen können, wenn sie nicht in eine Zeit gefallen wäre, die mit einem grossen politischen Ungewitter schwanger ging« (S. 182), wissen wir nicht; dass aber schon Luther's Lehre von der Rechtfertigung, welche der Verfasser eine »geringe Meinungsdivergenz« nennt, Frieden und Ruhe unmöglich gemacht hätte, das wissen wir.

Die Ausstattung des Buches ist sauber; Druckfehler fanden wir wenige (z. B. S. 124, 1. Zeile: wiegen statt wägen; statt: O nula peck na grasna panna [S. 50] l.: O milá pěkná krásná pauna). Laach war keine Cistercienser-Abtei (S. 52) und Butzbach kein Cistercienser (S. 54); Zinna (S. 171) aber, dessen Druckerei hier erwähnt wird, war ein Cistercienser-, und nicht ein Prämonstratenser - Kloster. — Der Veröffentlichung des zweiten Bandes, welcher Beiträge zur Wirthschaftsgeschichte bringen wird, sehen wir mit Spannung entgegen.

Dr. Leopold Janauschek.

Jacobi Platellii S. J. Theolog. in Universitate Ducena Professoris
Synopsis cursus Theolog. diligenter recognita et variis in locis locupletata, perillustri et admodum reverendo Domino D. Francisco de Callonne, Abbati Aguicinctino, dicata. Pars 1. et 2. Ex typis Societatis S. Augustini, Desclée, de Brouwer et Soc., Brugis et Insulis. Prostat 10 fr.

Synopsis haec cursus theologici, quae 4 voluminibus absolvitur, presse eam, quam D. Thomas in Summa Theol. rei distributionem

habet, secuta in parte prima praemittit, quae ad theologiam in universum qua scientiam spectant, dein tractat de Deo Uno, de Deo Trino et de Angelis, ea fere, quae I. pars Sum. Theol. absolvit. In ipsa re pertractanda auctor ita progreditur, ut primo, qui sit alicujus propositionis sensus, explicet; dein ex S. Scriptura vel Ss. Patribus, praeprimis vero Scholasticis, probet; tertio, quae adversari videntur, ex S. Scripturae vel Patrum effatis discutiat. Materia tractata ad marginem concinnate indicatur; totum volumen concludit »Synopsis Synopseos«, quae breviter totam materiam perstringit. Agit igitur cap. 1—4 de Deo Uno, et primum quidem de Dei existentia, essentia ejusque attributis; cap. secundum de principiis visionis Dei, de possibilitate sc. et existentia visionis Dei, de objecto directo et indirecto, de visione adaequata et inadaequata et de visione creaturarum in Verbo. Quod excipit cap. tertium agens de scientia Dei, et quidem §. 1. de scientia Dei in genere, §. 2. et 3. de scientia contingentium absolute futurorum et conditionate futurorum. Voluntatem Dei liberam, antecedentem, decretum concurrenti et praedestinationem una cum tractatu de providentia, praedestinatione et reprobatione pertractat cap. quartum. De Ssma. Trinitate dein agit cap. quintum, et primo quidem de natura et cognoscibilitate hujus mysterii, de processionibus et relationibus; §. 2. de personis in communi (momentum unitatis); §. 3. de personis in particulari (momentum trinitatis). Cap. sexto pertractantur illae quaestiones, quas movere soliti sunt Scholastici, de Angelorum natura et motu, scientia, locutione et aliis, praesertim quae S. Thomas habet de conditione malorum Angelorum, de obstinatione eorum in malo et de eorum poena. »Patiuntur a vero igne corporeo« (pg. 380.) et quidem in loco poenae, in Inferno.

Eandem quam prima pars sequitur methodum pars secunda, quae pertractat ea, quae in I. II. Sum. Theol. pertractantur, sc. Beatitudinem, Actus humanos, Leges, Gratiam et Merita. Agit igitur auctor de essentia Beatitudinis, de voluntario positivo et negativo, de libero arbitrio in natura lapsa, de intentione, electione earumque libertate, de distinctione actuum. Quae excipit tractatus de singulis conscientiae speciebus et de probabilismo. Cap. tertium agit de vitiis et peccatis, ubi auctor doctrinam S. Thomae fusius explicat, quod Deus non praedeterminet materiale peccati, et varias hujus S. Doctoris de hac materia locutiones explicat, ut omnes controversias de mente S. Thomae dirimat. Ad doctrinam de peccato originali adjicit tractatum de immunitate B. Mariae V. ab originali et de statu s. conditione parvulorum sine baptismi gratia decedentium; quoad primum, quae sit doctrina S. Thomae ostendit, dicens, locum illum saepius citatum 1. 2. q. 81. a. 3. intelligendum esse de debito vel de

potentia seu non repugnantia peccati, sic ut tantum voluerit Christo ratione dignitatis personalis repugnare omne peccatum. Quoad parvulos sine baptismo mortuos demonstrat, eos pati poenam damni, non tamen poenas sensus, eosque non tristari de hac privatione beatitudinis, quam non multum apprehendant, et esse incarceratos in aliquo subterraneo inferni loco. Cap. quintum agit de diversis speciebus legis, de obligatione ejus et desitione; cap. sextum de gratia et justificatione, in qua pertractatione plurimum respicit ad S. Augustinum, cujus doctrinam multis verbis exponit. Quoad efficaciam gratiae quatuor illas sententias affert, et illam Jesuitarum ex edictis Summorum Pontificum contra adversarios tuetur.

Omnia, quae pertractantur, clare et perspicue sunt proposita et solide probata, lingua latina pura est et facilis intellectu. In volumine secundo indicem materiarum desideramus. S.

Histoire du Cardinal Pie, Evêque de Poitiers,

par Mg. Baunard, prélat de la maison de sa Sainteté (1886), 2 in 8° de 600 p. chacun. — Paris. — Oudin. Prix: 15 frs.

Post *Pium Nonum*, qui *Magni* titulo iam insignitus est, alter Pius non agnomine sed cognomine, nempe Eduardus Pie, Cardinalis, Episcopus Pictaviensis, nulli forsitan inter illustriores huius aetatis viros secundus aestimari debet; quippe quem Ecclesia in Concilio Vaticano congregata Praesulum exemplar et theologorum apicem salutavit et laudavit.

Insuper eundem episcopum noster Ordo studiosissimum habuit fautorem et propagatorem. Quocirca de eius rebus praeclare gestis simul ac de eius biographo aliquid hic dici non ingratum fore existimavi.

Christianis sed pauperibus parentibus apud Carnutes ortus anno 1815 Eduardus intellectus acuitate ac pietatis affectu ita a puero enituit, ut post emensum cum summa laude humaniorum et theologorum studiorum cursum vix sacerdotio initiatus inter familiares Episcopi Carnotensis cooptari meruerit eiusque adiutor coeperit existere (1843). Deinde triginta quatuor annos solummodo natus ad infulas Pictavienses promovetur (1849) ibique prae doctrinae et sapientiae merito tanquam novus Hilarius effulget. Quinimuro (?) adunatur synodus oecumenica Vaticana (1870) Hilariique successor in ea primas partes tenet, praecipue quando de definienda Romani Pontificis infallibilitate tractatur. Quam ob rem bene meritum Praesulem inter Romanae Ecclesiae Purpuratos annumerare gavisus est Leo Tredecimus, qui hodie tam sapienter Ecclesiam Dei regit et gubernat (mense Mai anni 1879); sed